

bonū hospitium. p̄mittit em̄ nobis q̄
nos p̄ gnationē suā. i. p̄ dilectū filiū
iūm p̄m̄ cū gaudio nos implebit. **Q**uā
dit nobis etiā hec stella viā q̄ ducit
ad portā paradisi ita dicens in ps̄. xxxij
Memento filij audite me timorē dñi do
cto vobis. q̄. d. hec ē viā ad portā pa
disi timor dñi. **Q**uā dē etiā. i. **T**imor
delectabit cor et dabit leticiā et gau
diū in lōgitudine dier̄. **T**imenti dñm
bñ erit in extremis. **S**ed nota q̄
legit de stella maris q̄ videlicet in tē
p̄stare qñ celū nubibus ē obuolutū
et nō p̄t vidēi stella mais. tūc nante
aī accipientes p̄ciunt in peliū in
quā a qua. accipiūt etiā magnetē
p̄ quē aī iacēs in peliū circūducit̄
et circūagitat̄. **A**ī vero sic circūdu
cta subtrahūt magnetē et tunc aī
acumine suo dirigit se cōtra stellam
mais et sic nante p̄p̄dūt quorsū sita
sit stella mais et sequūt eā. **H**ec op
time p̄t exponi de v̄gie maia. **N**ota
igit̄ q̄ tūc verissime tēpestas ē in aīa
et tūc celū nubibz obducit̄. aī p̄ p̄a
et dei et b̄e virginis grā a m̄seris
p̄c̄oribz amittit̄. **Q**uid aut̄ faciendū
est p̄c̄oribz ut recuperent grām m̄is
m̄is. **C**erte nā ē ut accipiāt aī p̄r
quā p̄mā figurat̄ q̄ p̄ p̄māz fiat p̄
aī vestis innocēcie q̄ p̄ p̄mā dirup
ta est resuit̄ et repat̄. **H**ec aut̄ aī
videlicet cōtriciō vel p̄mā dz in corde p̄
magnetē circūducit̄. **P**er magnetem
vō timor eterne dāpnationis et diui
ne seueritatis intelligit̄. **I**ste em̄ ti
mor trahit ad se ferrū. i. ferros pec
catores. **S**ubducto vero hoc lapidē
idest a lleuiato timore p̄ sp̄m venie
conuertit se aī idest p̄mā ad ma

trē misericordie idest p̄c̄or fiducialit̄
incipit p̄mā agē p̄ eo q̄ credit et
sperat mariā m̄em m̄ie p̄mittē nō
abice re p̄mā pat̄ esse p̄ reis sem
p̄ int̄cedere. **P**mā igit̄ agētes du
ctu hui⁹ stelle idest ducatu v̄ginis p̄
picie pueniūt ad portas salutis et ne
sogemus ergo k̄mī hāc glōsam stel
lā ut nobis in p̄ntis exiliij pegrinacō
ne constitutis sit radios sue pietatis
trāsmittat ut radioz ip̄i⁹ ducatu q̄li
bet nr̄m in p̄mā p̄petue felicitatis
pueniat. **Q**uā nobis p̄stare dignē.

In exalta cōne sancte crucis

Ego si exaltatus fuero a terra
oīa trahā ad meip̄m. ioh̄is. xij
Quia hodie festū agit̄ exaltacōnis
scē crucis. p̄pterea legit̄ euāgelium in
quo dñs m̄tionē facit qualic̄ ip̄e ex
altatus fuit in cruce. **Q**uā tria sūt
hic notāda. **P**rimū ē quid p̄ exalta
tionē dñi pat̄ter intelligat̄. **S**ed m̄
ē p̄ quid exaltacō dñi figurat̄ exp̄i
mat̄. **T**erciū ē p̄ quid ad ip̄m oīs hō
trahat̄. **D**e p̄mo nō q̄ p̄ exaltacō
nē a trā intelligit̄ crucifixio ih̄u x̄pi
De hac exaltacōe idē dñs dē io. viij.
Cū exaltaueritis filiū hoīs tunc cog
noscetis q̄ ego sū. **H**ec v̄ba sic expo
ne. **C**ū exaltaueritis idest cū crucifixe
eritis me filiū hoīs. i. maie v̄gis tūc
cognoscetis. i. aliqui ex vobis cogno
scēt q̄ ego sū sc̄z filius dei. **Q**uā dicit̄
mar. xv. **Q**uā dñō mortuo in cruce cō
turio qui ex adūso stabat ait. **P**ete
hic hō fili⁹ dei erat. **D**icit̄ etiā lu. xxiij
Quā oīs turba eoz qui simul aderāt
ad spectaculū illud et videbant que
fiebāt p̄antiētes p̄tora sua reūtebāt̄
tur q̄i p̄ hoc innuerēt q̄ male actum

esset contra filium dei. **D**e secun-
do nota qd exaltacionem siue cruci-
fixionem domini prefigurabat exal-
tacio ene serpentis in deserto. Unde
dominus dicit iohis. iij. Sicut moy-
ses exaltauit serpentem in deserto ita ex-
altari oportet filium hominis ut omnes qui cre-
derent in ipsum non pereant sed habeant vitam
eternam. Nota ergo qd legitur in libro numeri
qd cum filii israel essent in deserto tunc de-
cepit populum itineris ac laboris et mur-
murauit contra dominum et moysen et ait
Cur eduxisti nos de egipto ut moreremur
in solitudine? Deest pascuis non sunt
eque anima nostra iam nauseat super cibis
istis leuissimo. Quomodo misit dominus in
populum ignitos serpentes ad quorum pla-
gas et mortes rogauerunt moysen
ut oraret pro eis. Orante vero moysen dixit
dominus. Fac serpentem eneu et ponere eum pro
signo. qui percussus aspexerit eum uiuet. Fe-
cit ergo moyses serpentem eneu et posuit
pro signo quem cum percussus aspiceret sanabatur.
Igitur ad intelligendam premissorum facta
sunt hic inuestiganda. Primum est quid per
serpentem eneu prefiguret. Secundum est quid
per exaltacionem eius significet. Tercium
quid per serpentes ignitos intelligi debeat. De
primo non quod per serpentem eneu dei filius
figuretur. et hoc propter sex causas. Pri-
ma est quia sicut dicit ieronimus ad
presidium de rerum contemptu. Serpens
quando insenuerit ieiunat xl. diebus
ut laxet pellem eius et sic per angustum
foramen petre transiens pellem sene-
ctutis deponit. Ita etiam christus ieiuna-
uit xl. diebus et xl. noctibus ut doceret
nos idem facere ut sic pelle vetustatis
peccatorum deponentes in nouitate vite
spiritualis ambulemus. Secunda

causa est quia serpens contemptibilis
est et oditur. Ita et iudei christum
contempserunt et oderunt. De contemptu
suo dicit ipse dominus in psalmo. Ego sum ver-
mis et non homo o probrum hominum et ab-
iectio plebis. Quia etiam oderunt eum testa-
tur iohannis. xv. Si mundus vos odit scito
te quia me priore vobis odio habuit
Et vere christus adhuc a multis contem-
puitur. Multi enim sunt qui numerum et ventrem
et mulierem fornicariam proponunt optio-
nem deo. Tercia causa est quia serpens est
animal prauum. Unde dicitur genese. iij. Serpens
erat callidior cunctis animalibus terre que
fecerat dominus deus. Ita etiam dominus per
demonstracionem dyabolus superauit in cruce. Unde
dicit iob. xx. vi. prudentia eius percussit su-
perbum. Dei quippe filius cum dyabolo con-
gressurus habitum eorum induit quem dyabo-
lus sepe deuicerat. Dyabolus autem vir-
tute diuinitatis sub humanitate latente
cum filio dei audacter congressus faciens
eum in cruce suspensi. Unde vero creditur vi-
cere viam et patitur et perit. Quar-
ta causa est quare christus eneu serpentis pro-
pateret. hoc est quod videlicet es valde dura-
bile est. Ita et christus eneus fuit quod paci-
entissimus. Summe quippe pacis fuit in
omnibus amaritudinibus passionis sue
Unde et paulus inuitat nos ad heb-
reos. xij. ut patientia huiusmodi serpentis intue-
amur et imitemur ita dicens. Recogi-
tate eum qui tale sustinuit a peccatoribus ad-
uersus semetipsum contradictionem et non
fatigemini animis vestris deficientes non dum enim
usque ad sanguinem restitistis. Quinta
causa est quod es est vocatissimum et sonorissimum
inter omnia metalla. Ita et christus clarissimus
et suauissimas voces emisit in medi-
o amaritudinum passionis sue sicut

testat lu. xxiij. dixit em ad patres. **P**ater dimitte illis non enim sciunt quod faciunt. Dixit etiam ad latrones. **A**men dico tibi hodie mecum eris in paradiso. **H**ec est enim quod es consuetudini collitionis inter omnia metalla est aptissimum. ita et corpus domini fuit vas efficacissimi collitionis atque optime medicine. **E**x ipso quippe profudit sanguis ille preciosus qui est totius mundi nobilissima medicina. **U**n de augustinus in libro de anima. **M**edicinam omnibus consulente omnia tumescuntia compingunt. omnia tatescuntia reficiunt. omnia supflua refecantem. omnia necessaria custodiunt. omnia peccata repant. omnia depuata corrigunt. **D**e secundo non quod exaltatus enei spiritus quem moyses ad aspectum populi in petra eleuauit hoc prefigurauit quod ihesus christus erat suspensus in cruce ut quicquid eam periret fide id est per eam fide que bona operatur intueretur ab omnibus plagis suorum criminum curaretur. **D**e tercio nota quod per ignitos serpentes intelliguntur peccata mortalia videlicet superbia ira inuidia accidia auaricia gula et luxuria. **P**rimus serpens videlicet superbia precipue collum et caput inuadit. secundus scilicet ira cor et pectus. tertius videlicet inuidia medullas et ossa. quartus vero scilicet accidia mordet pedes et crura. quintus videlicet auaricia manus et brachia. sextus autem id est gula laerat ventrem et viscera. septimus serpens id est luxuria inueniat lumbos et femora. **D**icunt autem isti serpentes igniti propter duo. **P**rimum est quod omnia bona opera hominum exurunt et consumunt. **S**ecundum est quod animas quas inuenenauerunt eternis ignibus representant et tradunt. de igne vero isto quo hi serpentes igniti sunt venturi de in

iob. xxi. **I**gnis est usque ad probationem deuorans et omnia eradicans gemina videlicet virtutum et bonorum operum. **Q**ui cumque ergo istis ignitis serpentibus percussus fuerit respiciat nostrum eneu serpentem id est ihesum christum in cruce suspensum et cruciatum. **P**endet enim ihesus in eximia humilitate contra superbiam. pendet in maxima cordis lenitate contra iram. pendet in precipua caritate contra inuidiam. stat in cruce inenarrabili dolorum acerbitate contra accidiam. stat in altissima paupertate contra auariciam. pendet in dure sitis siccitate contra gulam. stat nichilo in laudabili corporis castitate contra luxuriam. **D**e tercio super in diuisione thematis posito notandum est quod dominus exaltatus in cruce omnia erahit ad seipsum. **P**er omnia vero homo de notat. propter ipsum quippe facta sunt omnia et in ipso conuertuntur omnia. **H**abet enim rationem cum angelis et virtutem arboribus. sentit cum animalibus et habet esse cum lapidibus. **T**rahit autem nos dominus triplici funiculo. fidei. spei et caritatis. **U**nde et iste tres virtutes dicuntur theologicę id est diuine. **D**e isto funiculo triplici de ecclesiastico. **T**riplex funiculus difficile rupit. **I**gitur homo per fidem videt deum et omnia que deus electis preparauit. **P**er spem homo conuiscit apprehendere que sibi fides demonstrauit. **P**er caritatem vero laborat et fortiter operatur ut dignus sit ea possidere que per fidem videt et per spem conuiscit. **R**ogate ergo dominum ut eum nunc in crucis patibulo tam fideliter intueamur ut ipsum quoque in regali solio gloriose residentem tandem videre mereamur. **Q**ui nobis prestat etc.